


gulo  $AKB$ , duobus lateribus  $AK, KB$  datis,  $K$  rectū cōprehenden-  
 tibus, datur angulus  $KAE$  respondens deuiationi ad  $EF$  circum-  
 ferentiam, quam quærebamus, quæ etiā parum discernitur ab  
 obseruatis. Similiter in alijs & circa Venerē faciemus, cōsigna-  
 bimusq; in Canone subscri-  
 bendo. Quibus sic expositis,  
 pro eis quæ inter hos sunt li-  
 mites deuiationibus tam Ve-  
 neri quā Mercurio Sexage-  
 simas siue scrup. proportionū  
 adaptabimus. Sit enim circu-  
 lus  $ABC$  orbis eccētri Veneris  
 uel Mercurij, sintq;  $AC$  nodi  
 hui' latitudinis motus,  $B$  lineę  
 maximæ deuiationis, quo fa-  
 cto centro circulus paruus de-  
 scribatur  $DFG$ , cuius dimetiēs



$DBF$  sit pertransuersum, per quem contingat libratio deuiatio-  
 nis. Et quoniam positum est, quod existēte terra in apogæo uel  
 perigæo orbis eccētri stellæ, ipsa stella maximā faciat deuiatio-  
 nem, nempe in  $F$  signo, & circulus ipsam deferens tunc circulū  
 paruū tangebatur in  $F$ . Sit modo terra utcūq; remota ab apogæo  
 uel perigæo eccētri stellæ, secūdu quē motū capiatur similis cir-  
 cumferētia parui circuli, quæ sit  $FG$ , & descriptus  $AGC$  circulus, q  
 stellam defert paruū circulū, secabit & eius diametrū in  $B$ . Sitq;  
 stella in  $K$ , eritq;  $BK$  circumferētia ipsi  $GF$  similis iuxta hypothe-  
 sim, agat etiā  $KL$  ppendicularis ad  $ABC$  circulū. Propositū est ex  
 $FG, BK, \& BE$ , inuenire magnitudinē  $KL$ , id est distātiā stellę ab  
 $ABC$  circulo. Quoniā em̄ p̄  $FG$  circūferentiā, erit  $BG$  data, tanq;  
 recta minime differēs à circulari, &  $EF$  similiter in ptibus, qbus  
 $BF$  tota, & reliq;  $BE$ . Est aut̄  $BF$  ad  $BE$ , sicut subtēsa dupli  $CE$  qua-  
 drangulū ad subtēsam dupli  $CK$ , atq;  $BE$  ad  $KL$ . Si igit̄ ad nume-  
 rū  $60$ . posuerimus, &  $BF$ , & etiā quę ex cētro  $CE$ , habebimus etiā  
 $BE$  in eisdē, quæ cū in se multiplicata fuerit, & procreatū p̄  $6$  di-  
 uisum, habebimus  $KL$  scrup. proportionū  $BK$  circūferētiæ quæ  
 sita. Quæ etiā adsignauimus Canonī quinto, & ultimo loco, ut  
 sequitur.

Cc Latitu